L. sed si conditioni 6. §. Solemus Verus. Servus alienus L. si
alienus 49. §. ult. de hered. instituendis. ea sola diffe-
rentia adhibita quod in conditionalis institutione preter
tempus testamenti quo ad Capacitatem instituti non tempus
construitur ut in puris institutionibus, sed existens conditio-
nis inspicimus d. L. si alienus 49. infra. §. ult. L. liber
homo 59. §. si heres 4. de hered. instituendis, in utriusque
autem institutionibus tempus aditæ hereditatis et testam^{ti}
pariter intuendum et si tempore testam^{ti} incapax fuit heres
pure aut sub conditione institutus quamvis conditiones exis-
tentis tempore capere possit inutilis institutio est. d. L. liber
homo 59. §. si heres iuncta L. quod initio 29. L. pen.
de rec. Jur. ex quibus ita recte docuerunt post Bartol.
Plures relati ab asson. in L. si quis 11. n. 2. de Nul.
Fab. lib. 9. coniect. cap. 1. et lib. 12. cap. 19. Hilig. ad Donel.
lib. 6. cap. 17. Sivera B. et lib. 7. cap. 13. Liter. e. Noster

Valencia

Valencia Illust. lib. 7. tract. 2. ad hunc tit. cap. 3. n. 9. quam-
 vis contra id post Cuiac. lib. 4. obser. cap. 3. ex nostratis.
 Pareja in otio quadri. mesi. 1. part. n. 20. Picciol. cap. 4.
 n. 129. Unde fit ut incapacis institutio conditionalis
 facta in tempus capiendi siue sub conditione capere
 potuerit non possit stricto iure suscipi ut pote
 deficiente capacitate instituti tempore testamenti ad quod
 conditio existens retrotrahitur. Ideo que defendatur in-
 tituta solo benevolentiz d. l. in tempus 62. Notat Filijper.
 ad Donel. d. lib. 8. cap. 13. Litter. F. diuersa autem est
 in institutione negotis facta ex formula Galli que cum
 non sit proprie conditionalis siue sub conditione sed ex
 conditione et ex tempore morientis filij a quo tempore
 neque ante incipit negotis institutio nec retro ducitur
 ad tempus testamenti quia adiectio tunc impedit retrotra-
 ctionez ut notauimus s. n. 8. Valet institutio negotis ex regula
 et ratione iuris quasi facta et incipiens ex tempore quo
 suus posthumus esse incipit quamuis testamenti tempore
 ut pote alienus institui non potuisset.

Secunde difficultati propositae s. n. 17.
 qua euincitur institutionez negotis in formula Galli incipere
 ex tempore quo adhuc filius uiuit et negotis precedit
 et consequenter nepos alienus posthumus est quia confertur
 in tempus morientis filij quod est tempus vite filij l.
 qui duo s. 18. s. ff. de Manumiss. testam. Respondet in primis
 Ant. s. ad. lib. 9. coniect. cap. 1. institutionez negotis

collataz in tempus morientis filij sustineri in formula Palli
attenta potius equitate et esedu quaz nimia subtilitate
quia quamuis eo ultimo vite morientis filij momento nepos
posthumus alienus sit qui non nisi post mortem filij in eius
ius succedit et suus efficitur cum tamen eo ipso momento
certaz per veraz natura esse incipiat negotia in ius filij
successurus suuz que posthumus futuruz perinde haberetur

Conspicua ratio que a c. si iam suus institueretur nec debet scriptura by sub-
stitas obstare institutioni. Argum^o ex l. Julianus c. de
us moviz di fertur ut iure dot. l. Libertas 17. de manum. testam. 2. et felici-
suis hunc institutuz re-
ter desitene que magis Valencia d. cap. 3. n. 4. observat
Horiali;

ut cumque scrupulose et subtiliter res examinetur recte
conferri institutionez in tempus conditionez que morien-
tis filij quia cum prius sit conditionez illaz tempus que
existere quaz ut institutio et dispositio in euz casuz
collata incipere possit. et conditio illa tempus que existat
ultimo instanti vite filij morientis qui proximus instans
quod sequitur est primuz post filij mortem in quo negotia
suis esse incipit. tunc etia incipit institutio negotis
collata verbo: tunc, in illud instans proprie et precise
non autem ultimo instanti vite filij morientis in quo existi-
tit conditio et ad quod neque exu^o fictionis retrotrahitur
institutio quia dictis tunc, impedit retrotrahionez l. ei
qui solvendo 17. de hered. instit. traditis n. 17. = 3.
denique Respondemus quod cum institutio negotis neqz
conferri posse videretur post mortem filij ne aliquo

instanti

Instanti nepos se suuz et gregoriuz prius quaz institu-
 tuz inueniret neque in tempus uiuentis filij siue an-
 te eius mortez ne alieni posthumi institutio esset in hoc
 iuris rationez. conflictu electuz tempus est mediu quoda-
 modo inter uitaz et mortez quale est tempus moriendi
 quod quamuis nostri iurisperceptores plerumque proprie ma-
 gis adscribant uitaz. d. l. qui duos 18. §. 1. d. l. manumissis
 test. l. heres meus 79. in princ. et §. 1. de condit. et
 demonst. l. ult. de condit. inst. l. extraneuz 9. C. de
 hered. instit. §. post mortez 13. et §. ita aute 15. inst. d.
 Legat. iuncto vlp. in frag. tit. de legat. §. post mortem
 16. Interduz tamen effectu attento tempus moriendi non
 distinguunt a momento primo proximo morti siue post mor-
 tez d. l. qui duos 18. §. 1. l. libertas 17. l. ult. de manu.
 test. l. 4. §. 1. de statu liberis. l. Sullianuz 20. de iure
 dotuz l. 1. §. ab ipso 18. de collat. bonor. l. titio 9. d.
 usufr. d. l. heres meus 79. §. quamuis l. fideicommissa 11
 §. si filio l. uxores 41. §. scabola. de leg. 3. quibus
 illustrandis tanquand sunt Alciatus lib. 2. parer. cap. 44.
 Cuiac. lib. 3. de serb. cap. 34. Donel. lib. 6. com. cap. 32. et
 lib. 12. cap. 17. et lib. 19. cap. 92. Costa lib. 7. Select. cap.
 14. et lib. 2. cap. ult. Nouissime Sarrea decisionum
 Granatenzar. 1. tomo decis. 46. n. 38. quin et inter Vetores
 Philosophiz autores controuersuz Valde et Valide fuisse utru-
 instans moriendi computanduz esset ditaz aut morti. Cons-
 tat extraditis ab Heelio lib. 6. notiu. a ticar. cap. 17. Sexto

tempus moriendi
 dicitur illud mo-
 mentum, quod in-
 est mori.

Pompeio lib. 3. disp. cap. 14 et lib. 3. aduersus Mathematicos
cap. 5. pag. mibi 353. et lib. 9. cap. 9. pag. 437. D. August.
de Ciuitate Dei cap. 11. ubi. notatis Terrarum. Cognatus Enri-
ques. Sigbarnus lib. 1. Schediasmate 29. ut eo itaque respectu
Sicut in perplexis aliis questionibus Mediae Viae sequuntur
Iuris autores. Si pars. Sexta. petat. Ita in nra Prudenter
Gallus Aquilius ne nepos. postsumus aut Viuentis filio. et
proinde alienus ac post filij mortem ideo que sua ius. et reperi-
tas ante que institutus inueniretur contulit institutionem
in tempus quo filius moritur quasi medium inter Vitam et Mortem
et utriusque confinium siue inter liminibus ut vocant Arist.
et Plato in Parmenide.

26;

Neque leuioris opere aut artis disciplina-
tio tertiae difficultatis propositae n. 17. multo que alie-
no iulure ab interpretibus asperse, qua probari videtur
inane et inutile esse Galli cautione, cum sine ea et sine
adiunctione Verbi; tunc, possit nepos institui aut sub simpli-
ci conditione si filius Nius patre morietur, aut substitui
Valeriter filio in euz casuz quo filius heres non erit
Namque quo ad primam partem difficultatis de institu-
tione conditionali sine voce tunc. in sinuauimus. ca.
n. 24. la; in specie Galli Aristo iure summo que
non Valitura; quia eius. reuocacionis. censenda
erit facta tempore testamenti quo tempore nepos erat
alienus postsumus deficiebat in eo tunc cogacitas ut institue-
retur quaz eo etia; tempore in conditionali institutioni eius

desiderat.

desiderat Unde apparet Item tunc, in formula Galli ad
 Occludenda Retractione institutionis et Conditionis ad
 tempus antequam Nite filij et testamenti quo tempore Nejos
 ut alienus possidimus institui non poterat, omnino Nece-
 saria fuisse ut conciderat Faber lib. 9. concord. cap. 1. quam-
 uis omitti Uore tunc potuisse sola que institutionem
 Conditionale Valitura contemdat Richard. d. cap. 4. n. 125.

Et lego qui consentit fere Carranca d. 5. l. n. 149. de
 inde quo ad secundam partem difficultatis de substitutione

Utrum per substitus Vul-
 garem suppleri possit
 formula Galli disputa-
 tu q' longa et morosa
 questio fuit;

Vulgaris quamvis ardua et alta ea questio hactenus
Uiasit affirmandum brebiter est negotio in formula

Galli filio vulgariter substitutus non esse neque substitui
 potuisse ita ut per substitutionem ei utiliter prouideretur
 ut docent Contra Accurs. et Clasicos Aciat. Duar. Go-

ueam. Cuiac. Hotom. Gab. Sparacodius Boetius Gil-
 guem. et alij apud Richard. d. cap. 4. n. 182. et presertim
 Tringford. lib. 3. tract. 17. q. 1. Carranca d. 5. l. n. 282. Valenc.

d. cap. 4. n. 6. et 7. Et quidem non esse substitutus negotio infor-
 mula Galli sed institutus exprimit satis scilicet negotio

sequens institutionis Verbo in hac re in presenti et in 6. l. et
 6. et quid sitantur. 6. quid si qui filius 6. si eius forsitur et 6.

In omnibus cum sequentibus Legis nostrae. L. si mater 33. 6.
 1. de Vulg. non fuisse autem nec potuisse Vulgarem substituta-

tus esse negotio in specie Galli ut Lebroa argumenta omni-
 tas ex duabus praeiis euincitur. Prima quia Vulgaris et

alia quaelibet directa substitutio est condicionalis institutio

ideo que retrotrahenda est ad testamenti tempus in quo
negotium erat alienum posthumum et proinde quasi iuncta
mutabilis censetur ut nuper docuimus. Quia etiam

hæc ratio prorsus
adtruit formulæ Galli
necessariæ fuisse ad ne-
potis posthumum institui-
tum per substitutum licet
adsceretur & by tunc
p valere nequiret;

si ad impediendam retrotractionem exprimeremus in
Vulgaris substitutione Noce tunc, tamen substitutio omnis
cuz secunda institutio sit superioris gradus primus gradus
institutionis et heredis cui hereditas acquisita vel salte-
rius delata sit et postquam substituto deferatur et in
substitutione Vulgaris conditio illa si filius heres non erit
supponit sui natura casus hereditatis existentis delatæ qd
in qua filius heres esse noluerit quod non nisi post mortem
cui testatoris contingit ante quam hereditas neque
existit neque deferatur l. 1. de hered. vel act. vendita
hereditas G. de res. iur. et idcirco inepta et
insufficiens esset Vulgaris substitutio in negotio quia cum
prius filio ut instituto hereditas delata supponatur non po-
test postea negotio ut suo deferri neque eius esse aut institui
que filius mortis cui tempore præcedit cuique filio delata
hereditas ante nepotem fuit l. si quis filio G. de res. nam agnas-
cendo de iustro rap. vitaretur que institutio seu substit-
utio negotio ut alieni posthumum. Contrario in formula
Galli cum negotio institutio fiat in casu filii morientis
vivo patre quo tempore nulla hereditas est ut pote vivo
testatore que prius filio delata dici possit deferatur mortis
tempore primo gradus loco que hereditas negotio ut suo
instituto ideo que negotio neque est neque potest esse

Substitutus

Substitutus quia siue filius aut superuivat de peditas nullo gra-
 da defertur ne pote ut pote alieno posthumo et a parte
 pre cesso, siue filius pre mortuus sit de fortas primo gradu
 de peditas nepoti ut suo et institute ut post. Cuiact tract.
 Q. ad Affic. in d. l. si mater 33. §. 1. de Nup. ex
 plicam subtiliter Pater lib. 9. connect. cap. 11. Petr. Gregor.
 lib. 42. Syntag. cap. 11. m. 9.

27

Sed obicitur hinc traditioni et quidem
 primo aspectu grauiter Iuliani testimonium in l. cum in
 testamento 37. de hered. inst. quo loci scriptus est filio
 et nepote heredibus institutis ad exemplum formule Gallicis
 Verbis: Si filius meus meuius nepos ex eo post mortem meam
 natus heres esto. duos gradus heredes esse filii primus
 et nepotis secundus unde colligitur, aut intelligitur
 nepote esse substitutum et filium institutum quia gradus
 primus atque secundus nomine. Veluti propria nota dis-
 tinguntur institutus substitutus l. 1. de Nup. quo argum.
 pro d. Acurs. contra nostras utitur post alios laudatos
 p. n. 17. §. fin. Philig. Masin. in presentia n. 497. cuiusdam
 difficultati respondendum est Iulianum in d. l. cum in testam^{to}
 37. non eo sensu scribere filio et nepote posthumo institutus
 duos gradus heredes esse quasi filio ut institute de peditas
 primo loco deinde secundo defertur nepoti ut substi-
 tuto id enim impossibile est namque vel soli filio si gatri
 superuivat defertur et tunc nepos ut alienus posthumus
 nullo uel primo uel secundo gradu admittitur uel defertur

explicat l. 37 de herede
inst.

Et quidem primo gradu Negotii soli Si filius vivo patre mo-
riatur Sed ea ratione et respectu huius gradus de heredum
Iulianus nominat filij primus et Negotii secundus quia fi-
lius et negotium und. l. 37. et in formulae nulli quamvis si de-
latione hereditatis aut successione inspicias uterque primo
gradu institutus est quia nulli eorum post delationem aut suc-
cessionem alterius, sed utriusque suo casu hereditas ante
alteri non delata primo loco defertur, non postea tamen
ut in coheredibus uno primo gradu institutus contingere solet
ad hereditatem simul admitti Sed ordine scripturae et tempo-
ris filius primus. Vocatur eo quod supervente negotii locus non
est. filio autem pre-mortuo ante quem ei hereditas defere-
tur nempe vivo, aut sit locus negotii gradus quem ideo
secundus quasi posteriore tempore et ordine vocationis
Iulianus nuncupat inde que inferit substitutus datum negotii
etiam si negotium vel non natus vel mortuus sit non posse filio
herede existente simul admitti qui substitutus est in secundum
scilicet vocationis negotii quia ipse simul cum filio non ad-
mitteretur quem decidendi ratio fuit und. l. 37. d. l. si mater
33. §. 1. de vulgari quamvis pro substituto dubitandi
ratio erat quod negotium cui substitutus fuit institutus erat primo
gradu cum filio et ideo quasi coheres videbatur cum eo ad-
mittendus ut expendit Fab. lib. 9. coniect. cap. 11. a. d. fin. Exp. lib.
adfabrum lib. 3. tract. 17. quest. 1. qui et satisfaciunt Louis a
Boetio Lyon. in present. n. 23. adductis quibus probatur
substitutioni locus esse etiam si nunquam instituto delata
sit

217
Sic quia Nūc testatore decessit ut in L. Nigator filius 26.
L. cum ex filio 39. §. ult. de Valg. L. non paravit 7 de
bonor. posses. Contratab. conuincitur vniq; his casibus in
substitutionis in institutione et admittitur institutus iure
instituti quia primo loco ei defertur. Hereditas ideo que
et cum institutus concurrat in portione deficiente hereditas
d. L. cum ex filio 39. §. ult. ubi Curac. et vnd. L. Nigator 26.

28.
Succedunt in formula Galli Verba; siue sequuntur Verba formu
que inestis post mortem meam in quibus duo breuiter expli-
canda occurrunt. Primus est que ratione cum in prioribus
formule Verbis illis: Si filius meus. mentio filij, non etiam
filie, habita sit, fiat que in posterioribus his Verbis mentio
non tantum nepotis sed etiam neptis, cum tamen utriusq;
Locus esse videatur regule iuris que docet masculini sexus
appellatione femininum comprehendat. L. qui duos 67. de
leg. 3. L. pronuntiatio 195. de V. S. et filiorum nomine
filias L. quisquis 116. L. Seruius 122. L. iuxta 201. de
V. S. si quis ita 16. de testam. tut. L. sita 49. de
Legatis. 2. de qua Regula post multos Antiquiores que
in presentibus multa Tilgum n. 47. et seg Cardinalis
Fupus practice. conclus. 101. Litt. M. Casillo lib. 9. controuers.
2. part. cap. 66. ex n. 1. Nicomius Fusarius de Substitutio-
nibus q. 311. n. 1. et seg. Daciam. disceptat. Forensium
4. tom. cap. 664. n. 9. et cap. 767. n. 13. et 14. Riccius
in collect. 3. part. collect. 529. Sed dubitationis solutio in promp-
ta est. Si obseruetur filij non etiam filie Gallus meminisse

quia ut plerique alia formulæ Verba filii et nepoti ex filia
non convenientia committant, nasciturus nepos ex filia alie
natus fuit extraneus que etiam præ mortua filia suo futuro, ut pote
qui familiae et potestate patris sui sequitur non matris
aut cui materni & ult. inst. de patri. potest. & cepti inst.
de Exheredat. Liberos. Contrario neptis postuma ex filio
perinde atque nepos ex filio in familia et potestate cui
nascitur et si filius vivo patre moriatur perinde neptis
postuma ac filius postumus iura sui heredis nanciscitur
L. postumorum 13. de iniusto iure & postumi et &
postumorum inst. de exheredat. Liberos. Et ideo neque filij
mentio in formula Galli debuit extendi ad filias et nepotes
ex filia quorum diversa omnino ratio est et in quibus pro-
terea citat regula: Masculini sexus nomen producendum
ad femininas ut notat Gilgen. n. 13. et e converso oportuit
post nepotes etiam neptes ex filio exprimi vitandæ ambiguitatis
causa et ne sicut filias ommissas non comprehendendi ita omnes
in nepte quisquam existimaret ut animadvertit Masinius
in præverbo ex m. 39. Doctus Tiron n. 59. Secundum
Explicandæ est, in verbis: post mortem meam cur ex
eis institutio nepotis Postumi et formula Galli referatur
dumtaxat ad natum post mortem aut cuius in eo qui vivo
aut post testamentum et post filij mortem natus sit eadem
sit ratio et necessitas institutionis quia suus nasciturus. Sed
Respondendum breviter est. Gallus ut in re et cautione nota
ignota Veteri iuris prudentiæ inducenda, temperanter et

Post mortem meam q
Hæc difficultas facit;

Autoritate

auctoritate usque institutione negotii posthumi qui testam^{ti}
 tempore alienus erat non providisse nisi in euz casuz quo a
 testatore provideri non poterat quia post mortem testatoris
 aut posthumi nasci contingerat non autem si eo vivo
 post filij morte nasceretur quoniam eo casu potuisset sine
 Galli cautione testatorisq; testamento facto aut muta-
 to consulere negotii quamvis postea et hinc casu primo
 Capite Legis Vellez provisum est ut in § nunc de lege
 mortuz L. docet post Boetius in presenti ex n. 63.
 Noster Richard. ad. hunc tit. cap. 4. n. 100

in decem mensibus

Restant tandem in Galli formula
 Verba illa: in decem mensibus proximus, quibus filius meus
 moreretur natus natus exit heredes tanto. Quorum
 verborum vis et si copertinet ut ostendat euz soluz nepotes
 posthumi iustituz qui natus fuerit intra id tempus quo natu-
 ralis partus et legitima filij premortui abotez ideo que
 suis aut posthumi censerit debeat quod quia nevenit
 nisi intra decem menses a morte filij computandos edituz
 sit id circo ad excludendum euz qui post decimum
 menses nascitur hec verba exprimuntur sicut et in l.
 ult. de fideicom. libent. l. ult. C. de posthumis hered. in l.
 naz que post decem menses edituz non esse legitimuz partum
 constat ex l. 3. §. post. decem de suis et legit. hered. l. 4.
 tit. 23. part. 4. et econtrario decimemus esse legitimuz
 perfectuz que docet Paulus lib. 4. §. 3. tit. 9. §. Septimo
 id que a decem viris l. 22. tabularuz fuisse definitum

testantur Tertius lib. 3. notus aticor. cap. 16. Tertianus
de anima cap. 57. et in Sacris Libris Sap. cap. 7. Vsu
nec contrarius est quod dici solet et experimentis pro-
batur partus nono mense natus ut frequentior ita legi-
timus naturalis que maior esse ut ex Lib. 2. Macabeorum
cap. 7. §. 4. tit. 23. part. 4. Notat preter innumeros
Laudatos à Carranca de partu cap. 12. Sara de Vita
hominis cap. 16 n. 11. magis preferat quod Pallio-
mula dicit decem menses legitimo partui designat post
quos licet editus illegitimus censet non negat, immo
facile agnoscit intra decem menses editus et maxime
legitimus partus esse, de servatuzia est Varietate hanc
Veterum scriptorum circa nono, decimo, ve mensem partus
legitimi pendere ex distinctione mensium Lunarium et
Solarium, quia cum decem menses Lunares constantes
ducentis septuaginta sex diebus faciant circiter novem
menses Solares interdu, respectu habito ad Lunares
ut in presenti decem menses interdu, intuitu Solarium
novem assignantur partui legitimo, ut ante alios
sibi animadvertit hanc adscribentes adscripsit Athia-
nus Furnebus lib. 4. adversar. cap. 25. et illustrat
ex multis Sacre et Profane Pruditionis Suis quos
non transcribimus preter Laudatos à Carranca d. cap. 12
et 13. Richard. d. cap. 4 n. 20 Amara lib. 3. de verb. cap.
1. §. 3. n. 44. Laornas Peioraldus in Suetonii in
Augusto 94. Ioan. Brodeus lib. 20 Missell. cap. 11.

Emundus

Imundus Meritius lib. 5. operu. cap. 30. Certe in Terrull
de anima cap. 37. Novatius in s. quaedam Mast. sacro. p. 107. b.
lib. 5. n. 64.

30

Nec Superiori deducte ex Galli formula
a portione que docet solum nepotes posthumus intra decem
menses a patris morte natus institui quia post decimum
mensem nec naturalis nec legitimus patris censetur
adversatur Justin. in novella 39. de institut. et eaque
parit in decimo mense cap. 2. Vers. mulier enim. ubi a
Contrario sensu significatur editus ante decimum mensem
completus quamvis iam elapso decimo legitimus partus
ut que inter alia arguunt Undecimestris partus ut Legiti-
mus naturalis que tueretur Alciatus lib. 3. paradox. cap. 1.
Namque a Sermone nostro Veritate Respondendum
est ex Verbis Justiniani in present. novella 39 cap. 2. argu-
mentum a contrario sensu admitti non debere, tum quia anti-
qui iuris corruptio et absurditas sequitur L. 2. C. de
Condit. uncent. tum etiam quia Negativa Verba sunt
designantia eorum casus qui ex facto evenerunt et in quo
extra omnes casus partus non esse legitimus coniugis
defuncti quia post Undecimum mensem a morte eius
completus editus est. tum demum quia Justiniani
decisio eo pertinet ut quemadmodum Vidua intra annus
actus nubens priuatur ante nuptiali donatione
prioris mariti L. 1. et 2. C. de secundis Nuptis
ita que priuatur gignatur que pena nubentibus intra

intra annus Luctus, qui iuxta eiusdem anni terminus
veluti post Undecimum menses completus reperit quia indu-
bitatus eo casu est non esse Toboles mariti defuncti et
Strupum a Vidua commissum nec debet ei impune esse
aut melioris conditio ceteri quia intra annus Luctum
non nascitur si intra eum turpiter mixta est. Unde illud
dumtaxat a contrario sensu colligitur si ante Undecimum
menses reperit quamvis post decimum perfectus non incurrit
penas pubertatis intra annus Luctus Ideo que eo colore
defenditur quia et propensiores esse debemus ad excludendas
persecutiones delicti. I. merito s. Pro socio L. Quintus
Marius 92. de donat. inter, et penas ut odiosas constantias
L. cum quibus 19. §. bit. L. gen. de penis et interdus
quamvis raro contingit post decimum menses completum
et ulterius partem produci ut ex multis probat Firaguel
in L. si unquam Verbo successit Liberos n. 210 in fin caput
de reorandis donat. et preter Laudatos a Carranca cap.
14. Meritum Lib. 5. de pen. cap. 36 non tamen inferre licet
ut et Legitimus Patri sit et tanquam filius succedat post
decimum et ante undecimum non nasci adaptatum, Mater vero
enim ut pote Successionis Lucto. iuxta ad id quod frequentius
accidit nempe post decimum menses non nasci, adaptatum
est L. nam ad. ca. 6. de Legib. ammittimus autem et alie-
norum tex. in L. §. si quis longo tempore ut in Vulgatis inquit
de agnoscend. Liber Ant. Aug. Lib. 10. emend. cap. 9. Pazius
Centuria 1. §. 31. et L. ult. de adq. veruz. dominii

de quo

Ad §.^{us} Quidam recte §.^{us}

§. nostra cum sequentibus.

Breves, et dilucida.

Recitationes.

Quinti Servidij Scabola ad Galli Aquilij
formulas quae initio proposuit et exposuimus
vincit commentatio ab hoc §. in quo et reliquis sequentibus
usque ad §. nunc de lege Galli a Scabola reprehendit
illius quae formulas in hoc §. ut superfluas in exprimem-
do casus mortis filij quae exprimere non sit necesse
et in §. idem credendum ut imperfectas quia personas
negotij et pronepotum non expressit in quibus perinde utilis
ac necessaria formula fuit. Denique in §. et quid si tantum
et §. quid si filij ut insufficientes formulas notari
quia casus deportationis et captivitatis filij omni sunt exis-
timant post Accurs. hic gl. 1. et in yrinac. Legis notker
Verbo si filius Part. Bald. Angel. et communiter alij
teste Passone in presenti n. 26 Marius Salomonius n. 14.
Sed reprehensione et nota ipsi sunt; namque quod ad §.^{us}
notkerum atque (Saisloris de reliquis dicemus) in eo Galli
a Scabola non reprehendi, immo nec posse appareret
tum ex eo quia institutionum negotiorum simpliciter conceptas

ea ratione Valere Scybola admittit quoniam intelligenda
est facta in illuz q. casuz quo solo Valere potest nempe
mortis filij proinde neque censeri potuit a Scybola
Notuz seu reprehensionez mereri Galluz si euz casum
in quo institutio Valere poterat formula expressit etiaz
facite intelligi posse l. stipulationez 53. de N. O. l.
que dubitationez 81. de Reg. Jur. l. testamentuz 17.
C. de testam. tuz etiaz quia Idem Scybola in §. idem
Credendum nostre Legi in pronepotis institutione casu
mortis filij sub eadez Verboruz Galli formula expressit
quare Verius omnino est Scybolaz in hoc et §. 6. sequen-
tibus non Galli Reprehensoruz sed interpretuz agere ut post
Castrensez Cuman. et alios et preter laudatos a Richardo
ad hunc tit. cap. 5. n. 1. Valerius lib. 3. illustr. tract. 1. ad
hunc tit. cap. 5. n. 9. docent Fortunus Duran. et Sarmiento
in presenti n. 1. Faber. lib. 9. coniect. cap. 12. Inq. inter-
pretatio Scybolaz ad Galluz in hoc §. in eo Nervatur
ut quamvis testator simpliciter nepotez posthumuz instituat
neque exprimat conditionez illaz formule Galli s. filius
meus me vivo morietur tamen sustinetur institutio
quasi facta tacite in casu mortis filij q. euz non nisi in
euz casuz institutio nepotis posthumi Valere possit
conditio mortis filij etiaz si non exprimatuz subintelligi-
tur et in esse tacite ex natura rei videtur argum
et l. 1. §. ult. de condit. et dem. l. interdum 63. de
N. O. et dispositio simpliciter facta intelligitur eo casu

Scybolam Gallum non
reprehendere, s. interpretari
formule demonstrat;

in quo Verboruz in-
terpretatio =

in quo

221
unquo consistere iure potest. S. sed nisi ibi Auct. com-
muniter receptus de iure dot. S. qui iure. Et testam-
militis quomodo nostrum et mentionem simplicis
institutionis de institutione pura intellexerunt Auct. Post
Cuman. Pas. et communiter Classici in presenti.

Verum communis hęc interpretatio et ra-
tione Iuris et Scholę Verbis repugnat prima quoniam ratio dubitandi ac-
tione institutio incapax simpliciter facta seu pure etiam si post
testamentum casu aut tempore aliquo capere possit non
sustinetur nisi à principio in eum casum et tempus agen-
te conferatur. et tunc quidem ex benevolentia S. intempus
Gr. de hered. inst. iuncta S. 1. C. eod. tit. Ergo nec
sustineri potuit simpliciter facta nepotis postsumi institu-
tio qui testamenti tempore alienus erat et ideo institui
non poterat etiam si suus nasceretur nisi in eum casum
specialiter facta sit. 2.º quia si nepotis institutio
simpliciter facta quasi tacite collata in casum quo suus
nascatur valeret unam et inutilis Galli formula et
cautio esset nec reprehensione aut culpa faceret Anici
et scrupulose instituti formulae introductio. Ibi nulla
necessaria erat. 3.º quia Verisimile non est auctorem
simpliciter instituentem nepotem postsumum respicere ad
casum mortis filij viuo auctore contingente, nec tristici hęc
et ominosa simul que contra Notum parentum et ordinem
mortalitatis interpretatio admitti debet. S. cum tale. Et
de Condit. et demonst. S. Gallianus 26. §. ult. si quis

omnis causa restat. L. nam et si 19 de inoff. maxime
cum interpretari liceat institutus fuisse negotii intuitu pre-
torij Juris quo attente quamvis alienus postsumus. esse et
potuit institui prout. instit. de bonor. post. L. postsumus 6.
de inofficis. — 4^o quia cum institutio negotii simpli-
citer facta valeat saltem iure pretorio ut diximus nec necesse
est utimur ad eam institutionem iure civili sustinendam
Nulata Juris regula de dispositione intelligenda eo casu
quo Valere potest. 5^o quia etiam regula dumtaxat
obtinere quoties dispositionis Verba ambigua sunt ita ut
possunt referri ad eum casum in quo dispositio sustineri
et Valere iure potest. L. quoties 80 de N. O. L. quoties
12. de rebus dub. non autem si absolute et aperte iuri
repugnant L. si quando 109. de legat. 1. L. ubi est de
de rebus dubis tunc enim neque interpretatio admittitur
neque subintelligitur conditio aut casus adque velata sit
dispositio sustineretur ut in exemplo L. nemo 22. iuncta
L. existimo 97. de N. oblig. et in L. proprias 13. de legat.
iuncta L. cetera 40 §. tractari de leg. 1. et in L. quoties 81.
iuncta L. inter 22. de N. O. — 6^o quia etiam si admittere-
remus simplici institutioni negotii inesse conditionem si filius
vivo quo moriatur cum tamen ea conditio tacita sit et sub-
intellecta quasi ex natura substitutionis ad eam sustinendam
non faceret institutionem Conditionalem L. 3. de leg. 1. L. aliquan-
do 107. de condit. et demonstr. et consequenter tanquam pura
postumi alieni institutio tanquam inutilis esset. — Denique

Sty.

Haec interpretatio conuenitur ex ipsis Verbis Scabola ibi:
 Ut eo casu valeat qui ex Verbis concipi possit quibus signifi-
 cat institutionem simpliciter factam sustineri quia referenda
 est ad eum casum qui ex Verbis colligi potest qui sane casus
 non potest esse casus mortis filij quia eum casum non
 fuisse expressum sed simpliciter nepotem institutum Scabola
 proponat non potest ille casus ex Verbis testatoris concipi aut
 comprehendere neque quod dicitur ex Verbis concipi exaudiendi
 est de Verbis formulis Galli ut Acuri. exponit in prez-
 senti Verbo credunt quia quemadmodum in notu Verbis
 exprimat et instituat ad testatorem referatur ita illud
 ex Verbis concipi ad Verba testatoris non Galli cuius for-
 mula ommissa nepos simpliciter institutus proponatur ve-
 ferendus ut agnoscunt Corracius et Notom. in presenti
 Salomonius n. 24. Conamus lib. 46 com. cap. 4. n. 3. proin-
 de necessario fatendum est non omnino pure et simpliciter
 nepotem institutum proponi sed his Verbis ea quibus non incom-
 mode colligi potest utilis casus institutionis.

3

Quare ut proprie Scabola intelligatur debet vera et nobilis ratio
 uandam est in primis post inuentam introductam que Galli au-
 toritate et ingenio Negotis posthumum instituendi diarn
 natione que que Veris Jurisprudencia non modo incogni-
 ta sed impossibilis Videbatur adeo ut secundum eius faul-
 tes instituendi inualuisse ut etiam institutionem factam
 non expresso casu mortis filij si tamen casus utilis ex
 Verbis colligi possit sustinendam esse crederent S. C.

Gallo notiones quasi factas in euz casuz quo Valere cam
posset. Jam post Galluz formula in conceptis erat quamvis
ante Galluz eadez non Valeret nimiruz q̄ quez admoduz
non nisi difficulter et magna ex causa ab antiquo se
recedere et nouuz inducere poteret. L. 2. de constit.
Princip. l. minima 23. de legibus ita se nouo semel
inducto et utiliter recepto facilius est eius extensio et
interpretatio ad casus eius utilitatis rationisue. L. nam ut
ait l. 3. de legib. et quod meramine exemplū fuit postea
pro exemplo et inter exempla est. ut fere scribit Tertituz
Claudius Cessari apud Tacituz lib. 11. annaluz eiusque Vei
Argumentuz non duz Nubatez conlatorez. euz in testamto
37. de hered. inst. ubi Sallianuz post sumi negotis ex
filio institutionez facta. Verbis formulę Galli proponit sine
conceptionez Nocey. tunc. (quaz necessarias omnino fuisse ut
institutio Valeret ostendimus in princip. l. vte cap. 3. n.
118. et 116) ut supponit. recte ita fieri scilicet quia post
Galluz intellecta eaz et recepta negotis post sumi institu-
endi ratione ita ut ex conditione et tempore quo suet
nascitur institutio incipiat quocumque appareat
institutionez facta fuisse in casuz utiles et ad eam-
pluz formulę Galli. supplenda et subintelligenda est dictio
tunc etia; si ommissa sit ut in d. l. cu; in testamento
37. — 2^o obseruanduz est monez simplicis institu-
tionis in vno eoz monez referendaz ad institutionem
iuraz quatenus euz similibus conceptis per alios a Pichardo

ad hunc tit. cap. 9. n. 6. quibus Suppositis et omnibus quibus
 simplicis institutionis exemplis adductis ab Aous. in presen-
 ti Verbo non exprimat affirmandum brebiter est exemplum
 appositissimum eius institutionis deduci ex codez Re. sola
 in §. quid si qui filius in fin. et §. nunc de lege in fin.
 euz duobus sequentibus v. l. e. ubi proponitur
 institutio nepotis posthumi non expresso casu Mortis filij
 utiliter facta in euz casuz quo nepos suus heres nasctur
 siue quo filius procedens suus de herede esse desierit, Verbis ta-
 men conditionez inducentibus Veluti si quis mihi ex filio nepos
 post mortem meam suus nasctur, siue qui suus nascatur
 siue si filius suus heres esse desierit tunc nepos mihi
 ex eo post mortem meam heres esto. quibus in formu-
 lis quamvis casus mortis filij non exprimat. Sed simpli-
 citer siue generaliter instituat nepos in casuz quo suus
 futurus euz tamen concipiatur seu comprehendatur ex Ver-
 bis institutionis fieri euz in euz casuz utilez quo nepos
 suus aut futurus, et id contingat quoties filius vivo testato-
 re decedit aut aliquom suus de herede et procedere desi-
 nit. Valet institutio quasi in euz casuz facta, quamvis spe-
 cialiter expressus non sit ut interpretantur Conanus lib. 20
 Com. cap. 4. n. 3. Boetius Egon in presenti n. 4. Quilquam
 n. 6. Fab. lib. 9. condect. cap. 12. Plane euz ex noua Iustinia-
 ni constitutione alieni posthumi pure et simpliciter
 Et consequenter nepos posthumi simul euz filio utiliter

4

institui possit princ. inst. de bonor. poss. et inter quinque
exempla Accursij proposita in prez. Verbo non spirat duo
sunt de filio et negore simul institutis non in rempessive
ea oratione, et utilissime ab ~~forenses~~ usu, disputant Bart
et cu, eo Veteres noviores que an ex hac formula ins-
titutionis filius meus et eius Liberi heredes sunt vel titius
extraneus et eius filij heredes sunt admittantur filij
simul cu, Patre ad hereditate, an vero Successive pri-
mus Pater et post eius morte, filij in qua questione
postremus hoc nomen Liberos non simul cu, Patre sed
post eius morte ordine affectionis scriptum servato
admittendos esse argumenta ex L. peto 69. §. fratre L.
cu, pater 77. §. penult. de leg. 2. L. heredes 57. §. ult.
ad S. C. Trebel. L. quoties 34. de usufructu; dicitur
Bart. in presenti n. 4. et post alios Claricos Lapon. n. 11.
et 12. et communes opinionem fatentur Gomecius L. tom. Va-
riarum cap. 2. n. 4. Memorb. de presump. lib. 4. cap. 70
n. 3. Mantica de coniecturis lib. 4. tit. 7. n. 3. quibus
quo ad filij testatoris et Liberos eius institutionem
scribit noster Richard. d. cap. 9. n. 14. in fine. Con-
trario autem siue filij siue extranei, Liberos simul
cu, Patre institutos simul etiam in hereditate concu-
rere probant post Joan. et Jacob. de Aren. apud Bart.
in presenti Arctur. et alij relati a Sornino n. 13 Al-
ciatus Ferrerus Poetay Coriac Casaa Duilquerius
Saxmiento et noviores in presenti Molina

de primis

224

J. C. Pomponen. lib. 1. cap. 6. n. 4. et 10. Covarr. in
cap. Rationibus §. 2. n. 4. de testam. Fab. lib. 9. coniect.
cap. 12. et de error. deced. 53. Vir. 7. et 9. Taciteus
lib. 4. controu. cap. 78. F. qui fordes. lib. 3. ad Fabrum
tract. 17. q. 2. Quia ut argumenta gregoria duo sunt
Primus quia coniunctus, orationis qualis est illa: filius et nepos
ex eo uel filius cum nepote instituo, neque enim per formulam
filius et nepos minor coniunctio inducitur, quae per formulam
filius cum filio aut filius cum nepote ut contra Part. osten-
ditur in L. Titius 36. §. nihil distat de Legat. 1. L. illi
cum illo 40. de usu fructu Legat. 1. Inquisitio 7. de usufructu
accrescendo) Vis et potestas ea est ut inter coniunctim Vocatos
et qualiter diuidat disponat que L. unica §. his itaque definitis
C. de caduc. toll. L. incedat 13. de hered. inst. Neque à
proprio sensu et agerit institutionis coniunctim et proinde egua-
liter disponentis recedendum est nisi manifesta voluntate tes-
tantis non uero obleus coniecturas ordinis scripturae uel affectionis
quibus in re aggerita locus non est. L. non aliter 69. L. ille aut
ille 29. §. ult. de Legat. 3. **2^{us}** argumentum est quia neque
necessitate ordine ut Part. loquitur. Testator cum testator nego-
tium iam natum non nisi in casu mortis filij instituerit neque nepos
posthumum nouiore iure attento quo etiam alieni posthumi insti-
tutio permittitur, imò potest nepotes filij natum et posthumum
coherede filio sicut extraneum quemlibet dare, sed neque caritatis.
Sive affectionis et scripturae series suadere debet nisi filij simul
cum Patre ad hereditatem Vocati intelligantur, quin potius L.

Cum testator eos coniunctim instituerit Voluntati quam
Verbis primus standum est reiectis presumptionibus et
coniecturis ut in specie questionis nre deducitur ex l. si
Mulier §. de usufr. accresc. l. ult. c. de impub. et
aliis subst. l. si ego. c. de adquirenda hereditate
cap. Rainuntius l. b. cap. Raildus l. b. de testamentis ea
que posteriori si ut Venior in iudicando et consulendo prefe-
renda est Priori cuius fundamentis satisfaciunt nuper
Laudati et precique Dilquon, n. 12. et Sege.

Finis huius §.

Ad §. Idem Credendum. nra l.

Progredimur in explicanda et amplianda Galli-
trone cuius Scabola qui quemadmodum in §. antecedenti ad-
mittenda esse institutiones negotis qui non expresso casu
mortis filij tamen ut Suis et in casu quo Suis nasceretur
institutus est docuit, ita nunc docet Credendum esse Galli-
trone admittenda esse eiusdem formule institutionis usque tribus
casibus qui in presenti exprimuntur Primus in principio
huius §. Si mortuo iam testamenti tempore filio nepos supererit
et ex eo pronepos posthumus nasci speratur quo casu potest
pronepotis institutio ad exemplum formule Galli sic condi-
pi si me uiuo nepos decedat, tunc qui ex eo pronepos post

MORIS

225

Morte meo nasceretur heres esto. 2^{us} Caput statim
Novu. sed et si vivu. nempe si filio vivo et testamenti tempo-
re iam mortuo nepote (sic enim ibi Legendum est cum Curacio
et Pulgatis manus scriptis que et Alexandri Libris, non autem
pro nepote ut in florentinis). Cuius tamen nepotis uxor preg-
nans sit et pronepos posthumus nasci speratur, quo etiam
casa recte ita pronepos instituitur. Si enim vivo filius decedat
tunc qui pronepos est. 3^{us} obscurior que casus est si
testamenti tempore filius nepos que vivant et est nepote pro-
nepos posthumus marci speretur in qua specie dubitatur
Iscipola an institutionis pronepotis concipere. Proavus
potest ita ut utrisque mortuis nempe filio et nepote. Seui-
us sive in eoz casu quo filius et nepos vivo testatore de-
cedant pronepos instituitur. et respondet eaz formula insti-
tutionis. Similiter in hac specie admittenda esse Simodoginus
nepos deinde filius decesserunt ne successione testamentum tum-
patur de quo postea. Sane in tribus his capitibus una et
communis omnibus ratio dubitandi est. Nempe quod Galli
formula specialiter de filio et nepote locuta fuit et quem-
admodum proprie et stricte filiorum appellatione non continen-
tur nepotes. L. quid si nepotes. b. de testam. tutel. L. sed et mili-
tes. c. de excusat. tutor. S. ult. inst. qui testam. tutores dari
possunt ita multominus negotii nomine pronepotes. Sed in
contrariis communis etiam et vergeta decidendi ratio est
ex eo quia Galli cautio et formula eo proprio fine et affectu
introducenda fuit ut posthumus qui testamenti tempore alienus

erat institutus heres posset in id tempus quo suus nasceretur
L. penult. de leg. 1. ea que utilitas institutionis proinde
obtinet in pronepote quo casu suus nascitur atque in nepote
ex filio Et ideo iuxta interpretationem formulæ de filio concep-
tae Num ad nepotes etiam producimus L. filij 24. L. iusta
201. L. liberorum 220 §. sed et Papirius de N. S. L. uxore
41. §. concubine de legat. 3. L. queritur 12. §. sed an
instrumenti de instructo et instrum. leg. L. Senatus
Consulto 59. de ritu nupt. L. filius 14. de S. C. Maced.
L. si filius C. C. cod. tit. et à iurecepto in nepote fit
extensio ad pronepotes sicut à recepto in genere aut
Nara ad maritus neptis proneptis ue. Et ad uxores nepo-
tis et proneptis L. adoptivus 14. §. nunc Videamus Veru.
nunc de rit. nupt. L. 3. §. 1. de postulando L. 2. §. quod
ait qui satisdant. copantur L. Virilis 8. §. nunc de legatis
prestandis L. Labeo 6. de gradibus L. nunc 50. L. generi
136. L. heredi 146. de N. S.

Qua Veluti paragraphi Verbo
rum et questionum Scabolez in presenti premissa ut exprofe-
so ita explicemus in primis observanda est disparitas differentia
inter primam speciem tri §. et secundam §. que. Namque
in prima non est necesse ut proneptis institutio valeat nepotes
testam. tempore superstitis institui aut supponi institui at
in secunda, tertia que specie supponendum omnino est ut pro-
nepotis institutio sustineatur precedere institutionem filij sepa-
ratim proprie que facta que differentia quamvis Scabola impet.

226

non exprimat ideo que non satis Nullo nota aut nota-
ta sit expressit tamen docuit que Scebola in §. in omni-
bus lo nostre §. pendet autem ea differentia ex alia no-
bili Notoria Satis prudente qua attendit filij qui in potesta-
te est preteritio testamenti Patris iniusta nullum que
facit §. si filius 1. §. inter 3. §. tit. et ideo in Gali-
formula nisi supponeremus precedere institutionem filij non
sustineretur institutio nepotis posthumi ut patet ex testamento
iniusto nullo que d. §. in omnibus lo §. si quis. l. 26. §. sub
de Palo diximus late ad principium nostre Legis cap. 3.
n. 4. et seq. nepotis autem iam nati qui testamenti tem-
pore a patre non precessus in potestate aut et primo gradus
heredis est sicut preteritio filij nec testamenti nullus facit nec
sumit ideo que preteritio nepos posse dicitur in d. §. in omnibus
lo in fin. Superest que duntaxat nepoti et filij preteritis ius
accrescendi scriptis heredibus ad certas portiones nempe Ter-
tiales si sui scripti heredes sunt et dimidia si extranei testat.
in §. Maximus 4. C. de liberis preteritis et in princ.
inst. Nisi sed non ita de ex hered. liber. C. de test. 2.
inst. tit. 3. §. si vero Nlp. tit. 22. §. ex ius heredibus cum
seq. Paulo lib. 3. §. ^{ru3} tit. 4. §. filio. Cui differentie con-
sequens et illa fuit ut quamvis filius suus heres institutus debeat
perire sub conditione que in eius potestate sit non autem
sub conditione casuali nisi in defectu eius exheredetur
§. si pater 4. C. de institut. et substit. filia tamen et nepos

Sub qua cumque conditione institui potuerunt quia neque ea de-
ficiente rumyunt redunt ut in iustis testamentis. §. sed si
Conditione C. §. 1. de hered. instit. §. 3. §. sed et si nepos
14. de bonor. poss. contr. tab. §. 1. §. sciendum. de suis
et legit. §. si quis de hered. et de institutionibus et
Substitutionibus.

3

Differentia inter filij et nepos filij que prete-
ritio est proposita quae ad seiplos in presenti deservat. Sax-
mento n. 4. Costa in §. et quid si tantum Legis nostrae §. part.
n. 26 et 92. et que non laudato Fal. lib. 9. conect. cap. 15.
ratione ea fuisse apud Veteres Iurisconsultos probabiliter
Academici Preceptores docent quia quamvis necessitas Patris
imposita liberos suos instituendi aut exheredandi in
iure Surtatis et dominij continuationis inde proficiente
Subnixa sit ut docuimus a principio Legis nostrae cap. 1. n. 8.
filiaque et nepos a patre non precessas perinde sui heredes
ac filij, tamen in filio masculino cuius generis proprie
agnatis nominis, et familiae paterne memoria convenitur
§. ceterum inst. de Legitima agnat. Successione L. lege
14. C. de legit. de hered. et presumpta maior patris affectio
et formior fortior que Surtatis Nis. Iuasit ut iuris forme in-
stituendi vel exheredandi satis fiat, et ex deheredatione excludatur
tunc, exheredatione nominatim fieri oportere, interce-
ptos autem factos, aut preteritiones filij potius obliuioni paterne
quae animo dehereditatis adimende tribui debere ideo que
tamquam ^{suum} neque ex deheredato filij everso testamento paterno

institutus

instituta excluderet at in filia cum paterna familia et ag-
 nationis. Sit finis l. pronuntiatio 199. §. ult. d. de N. S. et
 in nepote cum remotiori gradu quae filius parenti iungat-
 tur minor etiam presumpta affectio et quodammodo in-
 firmius ius suavitatis obtinuit ut quoties preteriti sunt quia neq[ue]
 omnino expressa exheredatione ab hereditate summen[te] sunt
 et contrario alterius heredis institutione ipsi exclusi vi-
 dentur cetera illa oblationis presumptio quae in filio maior-
 is suavitatis et affectionis inducit et media veluti via elec-
 ta neque in tota filia vel nepos everso testamento insti-
 tuta excludant neque ipsi in tota excludantur sed
 testamento conservato accrescant scripto heredi coheredes
 et admittantur ad partem hereditatis quasi tacite in eam insti-
 tuti iuris interpretatione. Ideo quae et pro ea parte legata
 ab institutis relicta prestant ut instituti omnibus d. l. maxi-
 mus 4. Vers. filia autem et Vers. cum enim. C. de liberis
 preteritis non exceptis tantum personis ut eveniret si contra
 testamentum per bonorum possessionem contra tabulas ut preteriti
 admitterentur l. 1. et tot. tit. de leg. prestantibus illustrant
 Curac. in reatata ad tit. C. de liber. preter. et quem. et
 Difannus in d. l. maximus 4. Notom. lib. 4. observationum

4

Neque superiorum differentia adversantur ignoti. Nul-
 lo in eam rem non ignobiles tas in l. 2. de conuincendis
 cum emancipato l. 3. §. sed et in nepos l. de bon. poss.
 contra tabulas quibus docemur nepotes suos heredes

ad contra tabulas bonorum possessionem admitti atque ita
testamentum aut rescindere, et si cum Patre emancipato
in bonorum possessione concurrat prestare legata. Exceptis per-
sonis ex N. edicti de legatis prestandis quod sane doctri-
na est quia si ut institutus admittitur quoniam vel insti-
tutus fuit. Vel preteritus tamen respectu iuris accrescen-
di ad certam partem in ea ut institutus conservatur Legata
omnibus prestare debet ut institutus. L. si qui in potestate
L. 9. Vers. quid ex eo de legatis prestandis L. si duobus
L. 4. de bonor. poss. contr. tab. d. L. maximus §. Vers. si
licet autem. C. de liber. preteritis, si vero ut sius et pre-
teritus nepos in bonorum possessione cum filio emancipato
patre suo concurrat neque exceptis quidem personis lega-
ta debet imo ut sius preteritusque nulli d. L. si
qui in potestate eius L. seq. de leg. prest. L. filius
no si ult. de bonor. poss. contr. tab. Non inquam di-
fferentia proposita adversatur, namque observandum
est. Neptes suos depreder. quamvis iure civili testa-
mentum in quo sunt preteriti neque iniustam face-
rent neque dampnerent iure tamen pretorio perinde
ac filios suos vel emancipatos ad bonorum possessio-
nem contra tabulas admitti solitos quoniam iure
pretorio etiam neptes emancipati ideoque multo
magis sui institui aut nominatum deprederi non
minus quam filii debuerunt teste Nly. tit. in §. neptes
eius seq. d. L. maximus §. in princ. Vers. inter neptes

et Vers.

228

Et Vers. filia autem. idcircoque si nepos sub conditione que
in eius potestate non est institutus sit neque indefectus eius
Coheredatus et pendente conditione bonorum possessionis secun-
dum tabulas sine re ut institutus acceperit si postea condi-
tio deficiat tuendus à Pretore est quasi contratabulas
acceperit ut posset si institutus non esset ut Ulp. docet
sic explicandus ind. l. 3. §. sed et si nepos, ubi Curac.
de bonor. poss. contr. tab. Deinde quo ad questionem d. l. 2.
de coniung. cum emancip. observandum est nepotes suum
heredes ibi admitti iure bonorum possessionis contra tabulas
et in ea cum patre emancipato concurrere ex beneficio edic-
ti illius tituli. l. 1. de coniung. cum emancip. l. si emanci-
patus 6. §. si filio de bonor. poss. contr. tab. quibus consequens
